









3074.  
DEO OMNIA GVBERNANTE,  
AVTHORITATE ET PERMISSV

25.  
MAGNIFICI NOBILISSIMI ET  
AMPLISSIMI COLLEGII IVRIDICI IN FLOREN-  
tissima Argentoratensi Academia, Disputationem

De

1627/9.  
IVDICIIS IN GE-  
NERE,

(4)  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE  
HONORIBVS AC PRIVILEGIIS DO-  
CTORALIBVS ritè consequendis,

die II. Octobr.

*Publicè examinandam proponit tempore &  
loco consuetis,*

IOHANNES FRIDERICVS IVNG  
Argentinenfis.



ARGENTORATI,

EXCUDEBAT PAULUS LEDERTZ,

Anno M. DC. XXVII.



22

DEO OMNIA QVIBVS ANTE  
MAGNIFICI VOBIS SIMI ET  
MAGNIFICI VOBIS SIMI ET

IVDICII IN GE  
NERE

PRO SVMMIS IN VTRIQVE IURE  
HONORIBVS AC TRINLEGIS DO  
CTORATIBVS ET CONSPICVIS

IOHANNES FRIEDRICHVS IVNG  
Argentoratis



ARGENTORATI

EXCVDIBAT PAVLVS LEDERTZ

Anno M. DC. XXVII







## D. O. M. A.

**U**oniam omnium Jurisprudentiæ operam navantium finis esse debet non sola cognitio, sed maximè etiam Theoriam perficiens Praxis: Juris quippe cognitio in usum deduci non potest, si modus deducendi qui in praxi consistit ignoretur, praxis verò cum in judiciorum potissimum vertatur vigore, qui nulli sibi ipsi jus reddere, aut vi manumque & privata auctoritate quod suum est, vel is sibi deberi putet, invadere & arripere permittit, sed juris publici tutela & vigore judiciorum quæ non frustra in medio constituta sunt quemlibet uti vult. *t. t. C. ne quis in sua causa judicet vel jus sibi dicat. l. nullus. 14. C. de judæis & cæli. col. l. non est sigulis. 176. ff. de R. I. fac. t. t. C. quand. lic. unicui, sine judice se vind. & l. 6. §. 2. de Re judic. l. 13. quod met. l. 31. de pignorib. c. ad hoc. 63. caus. 16. q. 1. Gail. 2. obs. 51. n. 7. Donell. 9. comm. 15. ibiq. Hilliger. in not. lit. C. Wesenb. in parat. C. de judic. n. 9. Marant. in specul. aur. p. 3. n. 133.* Ideò rectà ad propositum tendens non Diogenis dolium me volutaturum aut oleum & operam perditurum spero, si in materiam hancce de Judiciis Nobilissimam, Utilissimã, & Maximè Necessariam usuque frequentissimam paulò altius inquisiero, deque ea positiones aliquas conscripsero, conscriptas verò publicæ disquisitioni subiecero.

### THESIS I.

Iudicium A. est legitima B. rei controversæ C. apud judicem D. disceptatio. E.

A à jus & dicere descendens *l. 11. ff. de I. & I. cuius tanquam A.*

A vocabuli



vocabuli æquivoci significationes ferè viginti tres se observasse dicit *Rittershus. in Exposit. Novell. part. 9. cap. 3. num. 1.* quas partim ex jure nostro, partim ex sacris literis, partim ex bonis auctoribus collectas numero sequenti ordine quoq; proponit. E quibus multis saltem aliquas enumerabimus. Sciendum itaq; est, iudicium summi vel pro Discretionem mentis sive animi iudicio; *l. 12. §. 2. ff. de iud. l. 41. §. 6. ff. de fideicommissar. lib. Cet.* Vel pro ultima voluntate *l. 5. ff. testam. quemadm. aper.* vel pro Loco in quo lites tractantur, *c. forus. 10. X. de V. S. c. quando. 3. c. qualiter. 17. X. de iudic.* vel pro sententia, *c. 4. 14. X. de appellat.* vel pro Actione, *l. 1. & 2. cum plurimis seqq. ff. commun. divid. l. 1. §. 1. ff. de edendo. l. 112. in pr. ff. de V. O.* vel pro Jurisdictione, *l. 2. §. ult. ff. de iudic.* vel pro potestate iudicandi *l. 58. ff. de iudic.* vel pro Condemnatione unde iudicatus pro condemnato habetur. *l. 1. & 3. ff. de confess. item l. 1. C. eod.* vel Denique pro legitima causæ disceptatione coram iudice à litigatoribus instituta, ut controversia ab ipso legitime componatur, quæ significatio huius loci propria est. **B.** non enim temerè & confusè, sed certo ordine à legibus præscripto in causæ disceptatione procedendum; *l. 13. C. de sentent. & interlocut. omn. iudic.* unde iudex contra leges quid statuens, vel sibi ipsi jus dicens, legitimum juris tramitem non sequi dicitur *l. 13. ff. quod met. caus. l. 7. C. unde vi. l. penult. & ult. ff. ad L. Iul. de vi privat.* **C.** dantur enim actus non controversi, qui tamen coram iudice expediuntur, quales sunt ij qui voluntariæ jurisdictionis sunt, ut manumissio, adoptio, *l. 2. ff. de offic. proc. §. 2. Inst. de libertin. §. 7. ibi competentes iudices. Inst. quib. mod. jus pat. pot. solv.* quare ut dignoscantur illi ab aliis actibus qui iudicium constituunt, verba hæc rei controversæ, hîc posita sunt. **D.** Ad differentiam istarum disceptationum quæ extra iudicium & ab aliis qui iudices non sunt fiunt, v. g. ab arbitris, à magistratibus, qui æquè ac iudices juris disceptatores sunt, uti *Cuiac. in Parat. Cod. de monstrat.* **E.** Propter hanc enim tota lis cæpta fuit, ut iudex causam à litigatoribus sufficienter tractatam disputatam apud se disceptet, disceptationis enim vocabulum omnibus iudicii personis principalibus, tam litigatoribus, ut rem dubiam & litigiosam examinent, deque ea invicem disputent & disceptent *l. 34. ibi hæc disceptatio. ff. de negotii est.* quam iudicii ut sc. disceptatione sua totam contro-



controversiam finiat, commune est: nec absurdum quis putet dici  
iudicem causam apud se disceptare, multos siquidem in jure textus  
habemus in quibus iudex etiam disceptare hoc est diiudicare & de  
partium lite cognoscere dicitur. ut in l. 25. pr. C. de Episcop. & Cleric.  
l. 3. §. 1. ff. de recept. qui arbitr. l. 3. §. 13. ff. ad Exhibend. c. forus. 10.  
vers. iudex dictus. X. de V. S. l. unic. §. 2. ff. de offic. consul.

## THESIS II.

Iudicii species divisiones & distinctiones à  
causis, Efficiente, A. materia, fine B. &  
forma variæ constituuntur. C.

A. A causa efficiente dividitur iudicium in Ecclesiasticum A.  
quod coram iudice Ecclesiastico peragitur t. t. C. de Episcop. audient.  
c. Clerici. 8. c. cum non ab homine. 10. X. de iudic. in quo iudex Eccle-  
siasticus de omnibus Clericorum causis tam criminalibus quam ci-  
vilibus cognoscit quando Clerici ab aliis conveniuntur, N. 85. in pr.  
non verò si clerici alios conveniunt, quia tanquam actores tenen-  
tur tunc sequi forum rei. c. cum sit generale. X. de foro compet. l. 2.  
C. de iurisd. omn. iudic. Nec Clerici coram Laico iudice conveniri  
possunt etiam si juramento eius jurisdictionem prorogarent c. si di-  
ligenti. 12. X. de foro compet. Et seculare quod coram iudice Laico  
inter personas seculares agitur: quamvis etiam multi dantur ca-  
sus in quibus iudex Laicus iudicium jurisdictionemque suam ad-  
versus Clericos exercere potest, quos tradit Myns. 2. obs. 67. Gail. 1.  
obs. 37. Quod utrumque tribus modis rursus subdividitur. Primò  
utrumque in Competens quod coram competenti iudice ventila-  
tur in ordinaria jurisdictionis sede, ubi reus ab actore conveniri de-  
bet l. nemo. 4. C. de iurisd. omn. iudic. & de for. compet. item t. t. X.  
de foro compet. & Incompetens, quod coram iudice in competenti  
& in incongruo loco, alieno & vetito tribunali tractatur. l. 5. C. de ju-  
rid. omn. iudic. & for. compet. Secundò Competens, in Ordinari-  
um, quod coram iudicibus ordinariis suo iure jurisdictionem ha-  
bentibus exercetur. Marant. in tractat. de Ordin. Iudic. part. 4. dist.  
5. num. 1. & Extraordinariam seu prorogatum, quod coram non

A 2

suo,



suo, vel incompetente iudice consensu litigantium peragitur, de quo t. t. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. & t. t. X. de offic. de legat. Ilicō Vmm. Disp. ad Process. iudic. 2. th. 1. n. 4. Tertio utrumque tam Ecclesiasticum quam Seculare in Ordinarium quod jam explicatum est, & Delegatum quod coram iudice delegato instituitur: B. Respectu materiæ & finis Distinguitur in Spirituale & Temporale. Temporale in Civile & Criminale; Civile, in quo causa Civilis deducitur & officio potissimum mercenario expeditur, seu in quo causa Civilis ad privatum commodum tractatur l. 9. §. 5. ff. de publican. & vectigalib. VVesemb. Parat. ff. lib. 5. t. 1. n. 8. Vult. I. R. lib. 2. c. 25. n. 13. Marant. part. 4. Iudic. Dist. 1. n. 2. Gail. 1. obs. 65. n. 1. & 2. Dn. Obrecht. Disp. 1. de Iudic. th. 156. Colleg. iur. Arg. lib. 5. t. 1. th. 10. in Petitorium & Possessorium. Petitorium, in quo de dominio rei agitur, in Reale & Personale. Reale quo rem nostram jure domini vel quasi petimus. Marant. part. 4. Iudic. distinct. 3. n. 1. Lanfranc. de Orian. in rubr. de caus. possess. & propriet. §. 1. n. 7. in Universale quo univertum corpus multorum jurium petitur. l. 1. ff. de R. V. VVesemb. Parat. ff. lib. 5. t. 1. n. 8. lit. C. Marant. part. 4. Iudic. dist. 4. num. 1. Generale, in quo de uno jure multas species continete agitur. Marant. d. part. 4. Iudic. dist. 4. num. 1. & 2. VVesemb. d. loc. num. 8. Dn. Obrecht. d. disp. th. 145. & Singulare seu particulare quo una tantum res seu species vindicatur l. 1. ff. de R. V. Personale est, quod ex obligatione aliqua ad dandum vel faciendum aliquid competit & exercetur. §. omnium. Inst. de act. Marant. d. part. 4. dist. 3. num. 1. Possessorium, quod est & dicitur quando agitur ad rem ratione possessionis tantum ubi non de dominio sed nuda possessione est contentio. Schneidevv. in Inst. de interd. in pr. n. 6. in id quod est adipiscendæ, quo aliquis vult acquirere rei possessionem quam nunquam habuit, §. 2. & 3. Inst. de interd. vel Retinendæ, quod redditur inter eos qui invicem de possessione litigant uter possidere debeat, §. 4. Inst. de interd. t. t. ff. & C. uti possidet. Vel Recuperandæ possessionis, quo possessionem à qua vi eiectionis nobis restitui petimus. Oldendorp. Class. 2. act. 10. Myns. 3. obs. 85. Criminale in quo ex crimine ad publicam vindictam agitur, vel in quo causa criminalis versatur & Imperio expeditur. §. 10. & ibi Dd. Inst. de iniur. est vel Publicum vel Privatum. Publicum, quo certa lege



3  
lege constituta crimina publica pœnis certis & legitimis vindican-  
tur. *t. t. Inst. de publ. jud.* rursus vel Capitale, quo pœna mortis aut  
exilii vindicatur. §. 2. *Inst. de publ. judic.* Vel non capitale, ex quo  
pœna aut est pecuniaria, aut coercitio quædam corporis *l. 2. ff. de  
publ. judic. l. 2. in pr. ff. de pœn.* Privatum in quo de causa vel jure  
alicuius privato tuendæ rei familiaris vel vindictæ causa agitur *l. 9.  
§. 5. l. de Publican. & Vestigal.* Secatur in Ordinarium & Extraordi-  
narium, Ordinarium est in quo certus judicandi modus servatur &  
certa pœna constituta est, quæ vel in Simplum, vel in duplum, vel  
in quadruplum concepta *l. ult. ff. de privat. del. §. omnes autem a-  
ctiones. 21. utq. ad §. 26. Inst. de actionib.* Extraordinarium seu arbi-  
trarium est, in quo pœna qua crimen coercetur extraordinaria &  
arbitraria est *c. super his. 16. X. de accusat. c. de causis. 4. X. de offic. &  
potest. judic. de legat. C.* A forma Judicium aliud est Ordinarium, **C**  
aliud Extraordinarium *c. quoniam contra. 11. X. de probat.* Ordina-  
rium est in quo legitimus & usitatus procedendi modus seu ordo in  
disceptatione rei controversæ servatur *pro latam. 4. & ibi Dd. C. de  
sent. & interloc. omn. indic. Auth. offeratur. C. de litis contestat.* qui  
tamen alius fuit jure antiquo, & alius est jure novo, quo etiam cer-  
tus procedendi modus observatur, & etiam aliquod Ordinarium  
est iudicium; nec illud quod Justinianus in §. *fin. Inst. de Interdict.*  
dicit hodiè nulla iudicia Ordinaria sed omnia extraordinaria esse,  
simpliciter accipiendum est, quasi nullus hodiè ordo in iudiciis ob-  
servaretur, sed ita quod respectu formularum solennium quæ post-  
ea ab Imperatore sublatae sunt, nullus talis ordo hodiè amplius ob-  
servetur, & hoc respectu hodierna iudicia omnia sint extraordina-  
ria *l. 1. C. de formul. & impetrat. act. sublat.* Extraordinarium iudi-  
cium est quod summarie sine legitima & solenni figura de plano  
procedit, vel in quo usitata iudiciorum solennium forma non ser-  
vatur. *l. 47. ff. de negot. gest. l. 1. §. sed ex contrario. ff. de exercit. act.*  
Hinc illæ clausulæ, sine figura & strepitu iudicii, de plano, summa-  
rie & levato quod aiunt velo, quæ tamen apud veteres **J**Ctos & Im-  
peratores hoc in significato non reperiuntur, sed apud Canonistas  
primum natae sunt. *Dn. Obrecht. d. disp. de iudic. 1. th. 169.*



THE S. III.

Causa efficiens iudicii alia est remota, alia propinqua, Remota est vel Ius Gentium. A. vel Civile. B. Propinqua sunt personæ in iudicio intervenientes, quarum alię Principales C. ut Iudex D. Actor E. & Reus: F. aliæ accessoriae seu adjuvantes vel minus principales, quæ ad principales accedunt, ut iudicium & controversia commodius explicetur atque tractetur: & accedunt vel Iudici, ut Assessores, G. Actuarii seu Tabelliones, H. Executores vel apparitores seu viatores: I. vel Litigantibus ut Advocati K. Syndici L. Procuratores M. Tutores & Curatores N. & Testes O. de quibus tamen omnibus manifestum est, iudicium etiam sine illis posse constare, dummodò adsit iudex actor & reus.

- A. Quia sicut distinctiones dominiorum, & omnes ferè obligationes, à Jure Gentium originem trahunt, §. 2. *Instit. de I. N. G. & C.* §. 11. *Inst. de R. D. l. 5. ff. de I. & I.* ita ex eodem illo iure actiones quoque & iudicia oriri videntur. B. sunt enim quædam obligationes quæ à iure Civili introductæ sunt: *l. 5. ff. de I. & I.* ut Emphyteusis *l. 1. C. d. Iur. Emphyteut.* Stipulatio *l. 1. & passim. ff. de V. O. sponsalitia largitas N. 119. c. 1.* ex quibus deinde actiones & iudicia veniunt. C. Sine quibus iudicium subsistere non potest, & si una ex illis deficit, iudicium redditur nullum, iudicium què authoritas nulla. *Coll. Iur. Arg. lib. 5. t. 1. th. 19. Rittershus. in Exposit. Novell. part. 2. c. 4. n. 2. Vult. I. R. lib. 2. cap. 1. n. 4.* D. à iure dicendo dictus



3  
8  
3

Etus c. forus. 10. X. de V. S. qui definitur. Juris disceptator causas di-  
rimendas suscipiens iudicandi; facultatem habens : pro ut colli-  
gitur ex l. 14. C. de Iudic. & aliter distinguitur Jure Civili & aliter  
Jure Canonico. Jure Civili Judex alius est qui habet iurisdictionem,  
& alius qui non habet iurisdictionem sed tantum notionem seu  
cognitionem l. 5. in pr. ff. de Re judicat. l. ult. C. ubi & apud quem  
cognit. in integr. restitut. agitand. sit. l. 81. ff. de Iudic. l. 99. ff. de V.  
S. Jurisdictionem habens rursus in duplici est differentia; aut enim  
habet propriam iurisdictionem, & tribunali iurisdictioni praeesse  
dicitur l. 5. ff. de Iurisd. l. 1. & penult. ff. de Iudic. ut est magistratus  
l. ult. ff. quis à quò appell. l. 1. in pr. ff. de Offic. eius. cui mand. est iurisd.  
l. 13. in pr. ff. de iurisd. aut habet iurisdictionem alieno beneficio  
sibi mandatam l. more. 5. ff. de Iurisd. d. l. 1. ff. de Iudic. Judex non ha-  
bens iurisdictionem sed tantum notionem seu cognitionem, est is  
cui de una praesenti lite (quo à iudice cui non lis una aliqua sed u-  
niversa iurdictio aut certa eius species mandata est l. 16. & 17. ff.  
de Iurisd. differt) cognoscendi potestas ab ordinario iudice, vel eo  
qui mandatam iurisdictionem habet, quem leges specialem. l. ult.  
ff. de Offic. prator. l. 5. ff. de offic. pres. eò quod specialiter de certa re  
& lite, ea sc. quæ pro tunc se offert, & non latius datur; item dele-  
gatum; l. 5. l. 13. §. 1. C. de Iudic. l. unic. C. qui pro sua iurisd. iud. dar.  
poss. datum. l. 2. §. 2. ff. de Iudic. l. 15. in pr. ff. de re iudicat. l. 1. in pr.  
& l. ultim. ff. quis à quo appell. & pedaneum; t. t. C. de pedan. iud.  
(quem Cuiac. ibid. propterea sic dici scribit, quod de plano stans  
aut sedens, imò collatitio aut fortuito scamno, fortuito cespite, iu-  
dicet, appellant, data est. Jure Canonico dividitur iudex in Ord-  
narium qui Imperium iurisdictionem & plenissimam causarum  
cognitionem vel suo iure, vel ab Imperatore, Universitate & con-  
suetudine sibi concessam habet. c. à iudicibus. 2. q. 6. Canonista in c.  
quoniam. 3. ne prala. vices suas. & c. conquerente. 16. ubi Innocentius.  
& c. cum ab Ecclesiarum. 1. X. de off. ord. & c. cum in Ecclesiis. 10. X.  
de maiorit. & obed. Vant. de nullit. process. t. de nullit. sent. ex defect.  
iurisd. n. 31. Ampliss. Dn. Fomannus. in pral. ad c. 7. X. de probat. q. 1.  
Et Delegatum qui non suo iure iurisdictionem vel iudicandi pote-  
statem habet, sed ex alterius commissione dependet c. 27. X. de offic.  
& potest. iud. de leg. Colleg. Iur. Arg. lib. 5. t. 1. th. 24. E. ab agendo E.  
dictus,



dictus, estque is qui juris experiendi causa aliquem in ius vocat, vel prior actionem proponit, & ad iudicium provocat *l. in tribus. 13. ff. de iudic. & l. iudicum. 10. ff. fin. reg. maximè in duplicibus iudiciis ubi uterq; actor & reus est l. 2. §. 3. ff. fam. ercisc. l. 2. §. 1. ff. comm. divid. qui à causa alius Civilis alius Criminalis dici potest, propterea quia & ille qui accusat agere dicitur l. qui accusare. 4. Cod. de edend. quamvis propriè accusator dicatur l. 10. l. 13. ff. de publ. iud. l. 3. §. 4. de accus. Omnes autem agere possunt qui legitimam personam standi in iudicio habent & non prohibentur; Prohibentur vero 1. Pupilli, minores, l. 1. & 2. C. qui person. legitim. iudic. qui sine tutoris & curatoris auctoritate in iudicio nec agere nec conveniri rectè possunt, d. l. 1. & 2. l. 1. §. 2. ff. de administr. & peric. tut. l. 4. in pr. ff. de in ius vocand. aded ut sententia contra pupillum sine auctoritate tutoris consistentem lata minimè auctoritate iudicantiatur d. l. 1. C. qui pers. leg. secus si in favorem pupilli lata sit; Minoribus enim ætas in damnis subvenire & rebus prosperè gestis non obesse consuevit l. 14. C. de procurat. 2. Servi, hi enim neque convenire neque conveniri possunt l. 13. ff. si quis caut. l. 6. & 7. C. de iudic. l. 3. §. 8. ff. de pecul. 3. Furiosi & mente capti. §. furiosus. Inst. de inutilib. stipul. l. 5. ff. de R. I. 4. Prodigii quibus bonis interdictum est l. 3. C. de in integr. restit. l. 1. pr. ff. de curat. furios. l. 12. §. ult. ff. de tut. dat. qui furiosis comparantur & quod ad bona eorum pertinet furiosum faciunt exitum. d. l. 12. ff. de tut. & curat. 5. Filiusfam. contra patrem, ed quod nulla lis inter illos esse potest l. 4. ff. de iudic. præterquam in peculio castrensi vel quasi castrensi d. l. 4. l. 4. ff. de castrens. pecul. l. 6. vers. exceptis castrensib. pecul. C. de bon. qua liber. §. fin. Inst. de pæn. tem. litigant. Sed non aliter etiam quam cum venia prætoris impetrata l. 13. ff. de in ius voc. 6. Excommunicatus Hæreticus. c. urgentis. 10. & c. excommunicatus. 15. X. de hæret. 7. Deportatus l. si quis. C. de bonis damnat. 8. Libertus contra patronum sine venia prætoris. l. quique. 4. ff. de in ius voc. l. 2. C. de in ius vocand. 9. Mulieres in criminalibus causis nisi suam injuriam prosequantur. l. 4. 5. C. qui accusar. non poss. 10. Magistratus, quandiu cum imperio sunt. l. 48. ff. de iudic. l. 16. ff. de offic. pres. 11. Potentes & formidabiles l. qui accusare. ff. de accusat. Invitus nemo agere vel accusare cogitur l. anis. C. ut nemo invit. ager. vel. accus.*



accus. cog. F. à re quæ ab ipso petitur sic appellatus c. forus. 10. extr. F.  
de V. S. & est cum quo in iudicio agitur Ilico Vmnius. Proceß. judic.  
Disp. 1. th. 5. n. 30. quem etiam fugientem vocant. l. properandum. 11.  
§. 1. C. de iud. & tenetur is respondere. l. 83. §. 1. ff. de V. O. nec ut actor  
liberam quando velit respondendi facultatem habet, d. l. 83. §. 1. ff. de  
V. O. favorabilior tamen est actore quo ad merita causæ, eorumque  
probationem & deductionem. l. 125. & l. 41. ff. de R. I. & quod actor  
regulariter ipsius forum sequi tenetur l. ult. C. ubi in rem actio l. 2. C.  
de iurisd. omn. iudic. l. 19. §. 1. & 2. ff. de iudic. c. si quis contra clericum 4.  
& c. si clericus. 5. extr. de fero compet. sed quo ad iudicarium proces-  
sum ordinandum deterior; Rei autem fieri seu conveniri possunt  
omnes qui non prohibentur. Prohibentur verò quidam in totum  
ut infans, pupillus, furiosus, mente captus, prodigus, mutus & sur-  
dus qui propter defectum sicut nec alio nomine agere ita etiam  
nec ab aliis conveniri possunt, sed opus est ut tutores vel curatores  
illorum nomine compellantur l. 1. & 2. ff. de administr. & peric. tut.  
l. 54. ff. de re iudic. l. 1. & 2. C. qui legitim. pers. stand. in iudic. habent.  
Item minor curatorem habens sine eius autoritate l. 4. C. de autho-  
rit. præst. l. 4. C. si advers. rem iudicat. l. 51. ff. de procurat. Quidam cer-  
to modo: ut magistratus maiores, sive cum Imperio, quandiu ma-  
gistratu funguntur, l. 48. ff. de iudic. & civiliter agitur, (nam in cri-  
minalibus conveniri possunt. l. 4. C. ad L. Iul. repetund. N. 86. cap. 4.)  
quod hodiè non obtinet, quia Magistratus plerunq; sunt perpetui.  
Duarenus ad tit. ff. de in jus voc. c. 3. item filiusfamilias regulariter, ut  
pote cum quo sine consensu parentis iudicium non consistit l. ult.  
in fin. pr. C. de bon. qua liber. l. 4. ff. de iudic. Ob impedimentum absen-  
tes, l. 12. in pr. ff. de accusat. Transeuntes, l. 19. §. 2. ff. de iudic. l. 2. ff. de  
in jus voc. Legati cæterorumq; negociorum executores qui privile-  
gium revocandi domum habent, l. 2. §. 3. & 4. l. 5. 8. 24. ff. de iudic. ut  
sunt ij qui testimonii causa evocati sunt, vel quid iudicandi causa,  
vel in provinciam destinati, vel tutelæ munus reddendæ causa evo-  
cati propter aliam respondere non compelluntur d. l. 2. §. 3. de iudic.  
Id tamen differentiæ est inter legatos & alios extra domicilium  
constitutos, quod legati omninò non tenentur respondere, sive  
ibi contraxerint ante legationem sive non; reliqui verò tenentur  
ibi respondere de eo quod ante hac contraxerunt in eodem loco  
B d. l. 2.



d. l. 2. §. 4. ff. de iudic. officium rei in iudicium vocati inibi que com-  
parentis est ut in primis protestetur se venisse & comparuisse ut obe-  
diens auditurus quare in iudicium vocatus sit, salvo tamen suo ju-  
re; salvis item omnibus exceptionibus & beneficiis juris, ex qua-  
cunque causa, & contra quos cunque tam ante quam post litem  
contestatam sibi competentibus arg. cap. fin. & ibi gl. extr. de di-  
lationib. G. ab adsidendo dicti, quasi qui Magistratui in con-  
silio & jurisdictione adsident l. ult. ff. de assessorib. alio nomine  
consiliarii vocati l. 5. ff. de assessorib. & l. 3. l. 10. l. 11. l. 13. Cod.  
eodem: quos nostro tempore in plerisque Imperialibus Civita-  
tibus (ut etiam Argentinae) advocatos vulgò nominamus, alibi  
etiam Syndicos vocant, verum improprie & definiuntur Jurispru-  
dentes consiliis suis iudices adiuvantes l. 1. 7. C. de assessorib. dom.  
& cancellar. jud. l. 1. ff. eod. Illos sibi associant tantum Iudices  
vel Magistratus l. licet 12. C. de assessorib. in publicis administra-  
tionibus constituti iudicandique potestatem habentes, leg. 1. 2.  
7. 10. 11. 12. ult. §. nec. sit concessum. C. de assessoribus. item de-  
legati Principis N. 60. cap. 2. & ibi Cuiac. N. 82. in pr.  
& ibid Cuiac. non etiam alii iudices delegati: nisi sua pecunia  
ipsis salarium constituent vel verè illis egeant, quibus casibus  
nò susceptos asciscere & moderatum ipsis salarium à partibus præ-  
standum constituere possunt. c. statuimus. 11. de Rescript. in 6. & ibi  
Gloss. & Canonistre. In assessores cooptari possunt, tam patres quam  
filiisfam. juris cognitione l. 1. ibi juris studiosis. ff. de assessoribus.  
l. 2. & ibi gl. ff. quod quisque juris l. 1. & penult. C. de assessoribus.  
honestate vitæ & morum præditi l. 2. ff. de offic. assessor. qui integri  
status sunt & famæ, illegitimè nati d. l. 2. ff. de offic. assessor.  
Myns. 4. obs. 31. non excommunicati vel banniti. Spec. tit. de asses-  
sorib. §. debet autem. n. 2. infamiae enim nota aliqua aspersi assessores  
esse non possunt c. infamibus. 87. de R. I. in 6. l. 2. C. de dignitatib. quia  
assessura dignitas est Myns. d. obs. 31. Duaren. ad tit. de offic. assessor.  
in princ. Coras. ad. l. 2. num. 4. ff. de offic. assessor. in famibus au-  
tem & vilibus personis portæ dignitatem non patent l. 2. Cod.  
de dignitat. cap. infamibus. 87. de R. I. in 6. Sunt etiam nonnulli  
qui Originariis assessuram denegant, ut Accurs. in leg. 37. ff. quib.  
ex caus. maior. Donell. 18. comm. cap. 2. & Anton. Faber. in d. l. 37.  
ff. quib.



ff. quib. ex caus. maior. Verum nos ab illis secessum facimus, & statuimus Originarios in eligendo ac presentando extraneis si idonei reperiri possunt, preferendos esse propterea, quia melius censeantur scire mores & consuetudines eius provinciae ex qua oriundi sunt *c. quosdam. 7. c. quanto. 8. de presump. arg. l. 2. C. de offic. prator. & c. in nomine. 1. dist. 23.* Officium assessorum consistit in his ferè causis; in cognitionibus, postulationibus, citationibus, faciendis, edictis proponendis, decretis formandis, epistolis dictandis, libellis formandis vel recipiendis *l. 1. ff. de offic. assessor. quibus tamen se non subscribunt, hoc enim praesidis est. l. praesides. 2. C. de assessoribus. nec sententiam ferunt. Ias. in l. 1. n. 16. ff. de assessor. Specul. de assessor. §. fin. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 145. num. 3. nec possunt, nam suo nomine nihil agunt, nec sine magistratibus vel iudicibus de causis iudicandi vel jus dicendi potestatem & jurisdictionem ullam habent Authent. adhaec C. de iudic. Nov. 60. cap. 2. l. 13. C. de assessoribus. nisi ipsis per statutum consilium civitatis, universitatem, Principem, vel maiores Iudices Jurisdictione concedatur. Bart. in l. 6. cipimus. 31. §. quod si à iudice. 1. Cod. de appellat. Bald. in d. Auth. adhaec. C. de iudic. Prima quae ad assessores consequuntur officio suo quando rectè funguntur, sunt: 1. quod ab oneribus personalibus immunes redduntur *l. 11. C. de ad assessor. l. 12. §. 1. ff. de vac. mun. 2. Jus Castrensis peculii in bonis acquisitis nanciscuntur l. 7. C. de assessorib. 3. de Jure Civili ex publico l. ult. ff. de offic. assessor. de jure verò Canonico interdum etiam à litigantibus salarii accipiunt c. 11. §. ad assessorem. de rescript. in 6. quod ipsis aded debetur ut etiam illud exigere & petere possint l. divus. 4. ff. de extraord. cogn. Donell. 18. comm. 2. Quod si vero minus rectè suum officium peragunt, etiam sequentibus pænis subjiciuntur. 1. Edicto quod quisq; juris &c. teentur, quando novum & iniquum jus suggerunt, sive dolo molo sive per imprudentiam *l. 2. & ibi Gothofred. in not. lit. 1. Accurs. Ias. num. 3. Duar. in comm. cap. 2. ff. quod quisque jur. 2. Parte per dolum vel imperitiam inique condemnata litem suam faciunt, & meritò quia Iudici iurium forsàn ignaro, vel non valdè gnaro, quales plerumque magistratus esse solent, & propterea etiam assessores eruditionis testimonio decoratos***



asciscunt, ut de consilio ipsorum sententiam ferant, (quemadmodum etiam in dubio fecille præsumuntur) tale consilium suggesterunt, cum melius ipsum instruere, vel si per imperitiam non potuissent, planè abstinere debnissent. *Myns. Respons. 90. n. 13. 3.* Et Ultimò parti propter damnum per imperitiam suam illatum etiam *Lege Aquilia* tenentur. *Schneidvv. ad §. præterea. 6. n. ult. Inst. ad. L. Aquil.*

H. Qui sunt scribæ publicæ acta iudicii conscribentes & recitantes *c. quoniam. 11. extr. de probat.* & vocantur etiam notarii, tabeliones *c. statuimus. §. notarium. de rescript. in 6.* item servi publici, eò quòd publicum exercent officium; non quòd sunt servi *c. quamquam. ubi gl. in verb. servo publico. de usur. in 6. l. 3. C. de tabular. scribis. lib. 10. t. 69.* Illos assumere possunt non solum Iudices Ordinarii verum etiam delegati *d. c. statuimus. §. notarium. de Rescript. in 6.* Officiũ ipsorum est diversa iudicii acta competenti ordine conscribere & recitare & originalia quæquæ in iudicii scrinio asservare, ut si super processu dubitatio aliqua extiterit eo modo veritas declarari possit *d. c. 11. de probat.* non possunt autem scripta iudicii sine iudicis consensu publicare, nec partibus copiam dare actorum, nec testes sine iudice recipere, quamvis possunt sine permissu Iudicis scripturam facere de gestis in iudicio, item absente iudice recipere acta; nisi ea ad probandum iudici adducantur. I. Si nihil aliud sunt quam ministri iudicum ipsorum iussa in negociis iudicii extra iudicium exequentes, quorum officium est litigatores in ius vocare, & reliquos iudiciales actus sibi commissos exequi *l. omnes. 31. §. executoribus. C. de Episcop. & Cleric. l. in sacris. 12. C. de prox. sacr. scrib. lib. 12.* Quod nisi rectè fecerint suis sumptibus propriis denuò expedire negocium illud inibentur, *Gail. 1. obs. 54. n. 8.* & à iudice de malè gestis puniuntur; quia verò executio eorum quæ apparitoribus commissa sunt, pars est substantialis actorum, ita ut si non reperiatur processus vitietur, *l. 5. §. 1. ff. quib. ex caus. in possess. eat.* iccirco relationem facere tenentur, quæ actis inserenda est *Myns. 1. obs. 79.* In dubio autem credendum est apparitoribus ut iuratis, expedita esse ab ipsis quæ illis commissa sunt à Iudicè: *Alicat. de præsumpt. Reg. 3. præsumpt. 41. Afm. in Praxi de Ord. iud. §. 9. c. 2. & 3. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cas. 112. Ang. Imol. Alex. in l. qui bona. 12. §. qui damni. 3. ff. de damn. infect.*

K. Ab advocando dicti quasi ab aliis advocentur ut causæ merito

rita



rita discutiant, invent, proponant; hinc etiam ab officio verissimè  
alio nomine vocantur causarum patroni causidici *l. 2. C. de advoca-*  
*cat. divers. iudic. 1. l. 7. C. de postul.* qui Definiuntur Patroni alterius  
causæ controversæ in iure iudiciove sive orando, sive consilia sug-  
gerendo, sive alio modo operâ tribuentes: quales esse possunt omnes  
qui postulare non prohibentur. Prohibentur autem quidam tam pro se  
quam pro aliis; quidam pro aliis non autem pro se; aliqui pro certis  
personis non prohibentur pro reliquis autem prohibentur; quidam  
deniq; contra certas personas vetantur. Tam pro se quam pro aliis  
postulare nequeunt minores 17. annis, ratio est, quia infirmum in iis  
adhuc iudiciū qui ad plenā pubertatē nondum pervenerunt depre-  
henditur, *l. 1. §. 3. ff. de postul.* Surdus, quia iussum iudicis exaudiri ne-  
quit. *d. l. 1. §. 3. de postul.* Mutus, quia in advocatione requiritur facundia,  
quā in mutum non cadere constat. Pro aliis non autem pro se inter-  
dictū est postulare 1. fœminis eò quod ab omnib<sup>9</sup> officiis publicis &  
& civilibus remotæ sunt *l. 2. ff. de R. I.* pro aliis autem postulare munus  
publicū & civile est, quod viris nō mulieribus competit *d. l. 2. in verb.*  
*postulare de R. I.* & in tantū ipsis interdictum est, ut ne pro liberis qui-  
dem propriis in iudicio admittantur ad postulandū *l. 31. §. 6. ff. de neg.*  
*gest. 1.* Insigni aliqua turpitudine notatis, ut sunt crimine capitali  
damnati *l. 1. §. 6. ff. de postul.* *Gail. lib. 1. obs. 43. n. 4. cum tribus*  
*seqq. de calumnia damnati publico iudicio d. l. 1. §. 2. cum seq. mulie-*  
*bria passi, & qui opus ad depugnandum cum bestiis elocarunt. d. l.*  
*1. §. fin. & l. 6. ff. de postul.* 3. Iuris defectu laborantibus, quales sunt  
servi, deportati, banniti, excommunicati. 4. A iudice abstinere ius-  
sis ab advocando, *l. 9. in pr. ff. de pen. l. 6. §. 1. l. 9. ff. l. 1. l. 5. l. 7. C. de postul.*  
*l. 6. §. ult. ff. mand.* vel quod plus est foro, quia cui foro interdicitur  
omniñò forensibus negotiis se accommodare vetatur; *d. l. 9. §. 4. ff. de*  
*pen. & quidem in perpetuum, si interdictio est perpetua, nec appel-*  
*latum est, d. l. 1. C. de postul. aut restituti sunt arg. l. 1. §. 9. ff. de postul. vel ad*  
*tempus, si interdictio est temporalis; v. g. quinquennium, quo elapso*  
*rursus postulare possunt l. 8. ff. de postul. tam apud successorem præsi-*  
*dis quam in alia provincia l. 6. §. 1. ff. de postul. cuius ratio posita in l.*  
*ult. ff. de Iurisd.* Pro certis non prohibiti, pro reliquis autem postulare  
prohibiti sunt reliqui infames præter supra enumeratos *l. 1. §. 8. ff. de*  
*postul.* Contra certas personas advocare vetantur 1. Decurio contra  
B 3 patriam



patriam, excepta causa patris, filii, patroni patronæ patentumq; pa-  
troni patronæ, liberorum suorum, fratris, sororis, uxoris, soceri, ge-  
neri, vitrici, novercæ, privigni privignæ, pupilli pupillæ furiosi furio-  
sæ l. 10. §. 1. l. 1. §. ult. ff. de postul. l. 2. C. de advoc. 1. & generaliter nemo cō-  
tra patriā suam patrocinium præstare debet, quia adversatur pietati  
patriæ debitæ & insuper etiam ipsi civitati ejusq; magistratui invi-  
diosum est. *Airer. Process. p. 1. c. 5. obs. 1. n. 4. & seqq. Gail. 1. obs. 88. n. 8. Do-  
nell. comm. 18. c. 3. lit. LL. ibiq; Hilliger. Reusner. 2. consil. 22. n. 32.* Deinde  
advocati fisci contra fiscum d. l. 10. in pr. ff. de advocat. fisc. 3. Vasalli  
contra dominum gl. ad F. 2. t. 24. §. 1. & ibi Schenck Baro. n. 6. eò quod  
judiciale certamen se instar belli habet arg. c. de forma. 22. q. ult. in  
quo Dominum defendere non oppugnare debet. *Gail. 1. obs. 88. n. 5.  
Donell. d. c. 3. lit. LL. ibique Hilliger. Airer. process. part. 1. c. 5. obs. 1.  
n. 11.* Deniq; Clericus contra Ecclesiam suam à qua beneficium ha-  
bet, sub privatione beneficii c. fin. X. de postul. Munus & officiū ad-  
vocatorum est ut litigatoribus clientulis suis à quib. advocati sunt,  
adsint. l. 6. §. 1. & l. ult. ff. de postul. & eorum desiderium apud judicem  
exponant, alterius (adversarii sc.) intentioni contradicāt, l. 1. §. postu-  
lare. 2. ff. de postul. sicq; ipsis patrocinium præstent, ut quod verū & ju-  
stum esse existimaverint procurent, & ad id nihil studii reliquū faci-  
ant l. rem non novam. 14. §. patroni 1. C. de judic. à fraudibus, fallaciis,  
illisq; barbarissimis & nobili ingenio indignissimis ac faverrimis  
juris cautelis ex verborū legis aucupiis & prava in alienum sensum  
detorsione ortis, præcipuis nunc tabularū pabulis abstineant; cavil-  
lationib. occurrere & captiosas argutiolas diluere & elidere nove-  
rint, Ipsi iis non temerè utantur, nec nisi cum necessarium esse du-  
xerint, ad cavillationes adversariorum evitandas aut causam obti-  
nendam *Covar. 1. var. resol. 2. n. 1.* Non prævaricentur, id est diversam  
partē adjuvent prodita causa sua, l. 4. in pr. ff. de prævaricat. aliàs pro  
temeritate commissa extraordinariā pœnā expectantes d. l. 1. §. 1. ff. de  
prævaricat. l. 1. C. de advoc. 1. per regulā traditā in l. 1. §. 1. ff. de effract. &  
expilator. *Ordinat. Cam. part. 1. t. 46.* & si ab initio statim vel in pro-  
gressu certaminis cognoverint clientū suorū causam improbā esse,  
vel penitus desperatā & ex mendacib. allegatipois compositam,  
tunc certò scientes prudentesq; mala conscientia ipsis non patro-  
cinentur, sed à causa recedant d. l. 14. §. patroni. 1. v. non autē credita  
sibi: & duobus vers. seqq. C. de judic. quod si verò contigerit ut eius de  
causæ



causæ plures sint patroni, quorū aliquib. iusta, quibusdā verò injusta  
videatur (ut sunt varia hominū iudicia) tūc illi quib. iusta videtur in  
patrocinio perseverent, quib. autē iniqua videtur, eam deponāt *d. l.*  
*rem non novam*. 14. §. 1. v. *sin autē plurib.* C. de iudic. nec in conviciandi  
licentiā & maledicendi temeritatē prorumpant, sicq; non ratione  
sed probris certent *l. 6. §. 1. C. de postul. Ord. Cam. part. 1. t. 11. §. nach dē*  
*auth. & t. 52.* sed potius quod causæ utilitas exposcit, & ipsa lis desi-  
derat agant, ab injuria temperent, litem consultò & data opera non  
protrahant atq; protelent, sicut legum quidam contortores & pe-  
cuniarum extortores, togati vultures & pecuniæ accipitres facere  
consueverunt, *d. l. quisquis. 6. §. nemo ex industria. C. de postul. Ord. Cā.*  
*part. 1. t. 64.* cum clientib. suis pendente lite de parte summæ quæ in  
ea versatur, seu ut vulgò loquuntur, de quot litis non paciscantur.  
*l. si quis. 5. C. de advoc. divers. iudicum. l. 1. §. si cui cautum. ff. de var. & ex-*  
*traordin. cogn. l. sumptus. 53. ff. de pact. l. salarium. 7. C. mand. & l. litem.*  
*15. C. de procur. Ord. Cam. part. 1. t. 64.* nullamq; aliam pactionem vel  
contractum cum iis pendente lite faciant *l. quisquis. 6. §. praterea. 2.*  
*C. de advoc. l. 6. §. 2. C. de postul. Donell. 18. Comm. c. 3. lit. Ccc. Ddd. ibiq;*  
*Hilliger.* Judici obtemperent cum præcipit ut huic vel illi parti pa-  
trocinium præstent, quod facit maximè iudex tum cum quis advo-  
catum invenire nequit, vel machinatione aut ambitione adversarii  
vel ob paupertatem; aut invenit quidem advocatum, sed infirmio-  
rem & minus exercitatum *l. providendum. 7. C. de postul. l. 1. §. 8. l. ait*  
*prætor. 4. ff. eod. & l. nec quicquā. 9. §. advocato. 5. ff. de offic. procoff. Ord.*  
*Cam. part. 1. t. 19. §. ult. Gail. 1. obs. 43. n. 1. 10. & seq. Myns. 4. obs. 32. Donell.*  
*d. c. 3. lit. Eee. ibique Hilliger.* Et deniq; ultra biennium sine commea-  
tu, vel cum commeatu ultra quinquennium à loco iudicii nō absint.  
*l. ult. C. de advoc. divers. iudicum.* Munus autem istud ut rectè obire  
& in numerum advocatorum recipi possint requiritur ingenium,  
eruditio, Juris scientia, facundia, iudicium, usus, experientia, justitiæ  
præsumptio, vera catholica religio, honesti natales & c. *l. ult. C. de po-*  
*stul. l. 1. ff. eod.* ut per legitimum tempus Legum Jurisq; studio insuda-  
rint, & praxeos initia jecerint, ut cū dignitate & utilitate hoc lauda-  
bile vitæque humanæ pernecessarium advocandi munus sustinere  
& tractare possint *d. l. ult. C. de postul. l. nemini ubi Bald. l. jubemus. 17.*  
*C. de adv. div. iudiciorū.* Officiū seu munus advocatorū cōsequuntur  
Præmia vel Privilegia, quæ sunt vel Communia vel Peculiaria. Cō-  
munia



munia spectantia vel ad ipsos advocatos vel ad ipsorum filios, vel denique ad heredes. Ad ipsos advocatos spectantia sunt 1. Salarium aliàs etiam honorarium, palmarium nuncupatum; quod vel ex Publico si publicæ rei puta fisci vel civitatis consulant, l. 2. l. 6. C. de advoc. divers. judicum. solvitur, vel à Clientibus, non tamen aliter, quam iudex id pro modo litis, advocati facundia, & fori consuetudine æstimarit: l. 1. §. 10. ff. de Extraord. cognit. nisi cliens libero arbitrio amplius quid obtulerit, quo casu licitè accipere possunt, non tamen supra aureos centum pro singulis causis l. 6. §. 3. C. de postul. l. 1. §. 12. ff. de Extraordin. cogn. quando causæ sunt civiles, secus verò quando sunt criminales, vel honoris, sive dignitatis aut maximè arduæ, tunc enim licitè ultra 100. aureos petere possunt, siquidem laborum merces inibi in æstimabiles sunt, tum propter periculum vitæ quod cliens evitavit l. 34. §. 1. ff. de donat. tum propter dignitatem in æstimabilem consequutam, tum etiam propter causarū quas obtinuit arduitatem quæ se non facilè æstimare patitur Beust. ad l. admonendi. n. 1090. de jurejur. De tempore quo salarium ipsis debeatur vel exigere possint, statuimus attendendam esse quid convenerit; Deinde quæ fori consuetudo sit; Et denique quæ advocati & clientuli conditio. Remedium ad exigendum salarium triplex habent. Nimirum conditionem certi, si res certa promissa; actionem ex stipulatu, si quod promissum est in facto consistit: Et officium Judicis Nobile, si nullum salarium cautum. Gail. 1. obs. 44. n. 2. Schneidevv. in Inst. t. de mand. in §. fin. n. 5. & 6. Gloss. notab. in l. unic. in verb. constrinxerint. C. de suffr. Specul. t. de salar. §. 1. n. 4. quæ locum habent in causis eorum qui non sunt pauperes: non verò in causis pauperum & miserabilium, quibus gratis patrocinari tenentur, quando se ipsos defendere nō possunt, vel conjunctam personam non habent quæ pro ipsis postulet, necessitas verò maximè defensionem efflagitet; non attento, an ex publico Salarium habeant, an non; pietas enim Christiana hoc requirit ut pauperibus & miserabilibus personis subveniamus. Ordin. Cam. part. 1. t. 19. §. ult. Gail. 1. obs. 43. n. 11. Menoch. arbitr. judic. eas. 369. n. 4. Myns. 4. obs. 32. Donell. 18. comm. c. 3. lit. Hbb. ibique Hilliger. 2. Munerum personalium non etiam onerum realium tributorum Hilliger in Donell. enucl. lib. 18. c. 3. lit. Iii. Immunitas l. 6. l. 13. in fin. C. de advoc. 3. In rebus acquisitis jus q. castrensis



3  
8  
3

lis peculii si sunt filii fam. l. 4. l. 8. C. de advocat. divers. judicior. de quibus non secus disponere possunt quam si revera armatae militiae operam darent. l. ult. C. de inofficios testam. solenni sc. testamento interveniente §. ult. Inst. de testam. milit. Privilegium ad filios ex parentis munere advocacionis pertinens est, quod mortuo parenti filii causas agentes caeteris super numerariis & extraneis sine ulla suffragii praestatione aut sumptu praefertuntur, sic iusto tempore Juri operam dederunt, & facundia praediti sunt, l. nemini. 11. §. 1. vers. filios autem. C. de advocat. divers. judicior. l. 3. §. & filios. §. l. petitiones §. §. filios. §. & l. per hanc 7. in pr. C. de advoc. divers. judicium. Advocatorum heredes eosque etiam extraneos concernens privilegium est, quod totius anni salarium ad illos transmittunt. l. 15. §. 1. C. de advoc. divers. judicior. l. 3. §. ult. l. 5. §. ult. C. de advocat. divers. judicium. Myns. 3. obs. 8. Gail. 1. obs. 44. num. 12. Wesemb. in Parat. C. de advocat. divers. judicior. Privilegia peculiaria advocatos spectantia sunt; quae illis in certis foris conceduntur, quae peti possunt ex l. §. l. 7. l. 17. C. de advoc. divers. judicior. Pnae quibus advocatimius recte peracto officio afficiuntur, sunt Remotio ab officio & pna arbitraria si prohibitam advocacionem de facto attentant, l. 1. §. 6. vers. his igitur. ff. de postul. l. 6. & 7. C. de advocat. divers. judicior. item Restitutio interesse, si scienter malam causam suscipiunt l. ult. C. de condictione ob causam dat. An vero etiam teneantur ad restitutionem interesse si per ignorantiam juris forte & imprudentiam malae causae auxilium tulerint. Dicendum putamus ipsos ad restitutionem damni dati teneri, modo ignorantia talis sit quae crassa & in alium advocatum non non facile cadat, secus si eiusmodi ut etiam prudentes advocatos occupare possit. Ratio quia prior demum ignorantia juris latae culpa species est, non etiam alia. arg. l. lata culpa 223. ff. de V. S. Quaeritur hic ulterius. Si advocati jura quidem non ignorent, de eorum tamen veritate dubitent, vel propter causae difficultatem vel propter varias Dd. opiniones, an si eiusmodi ambiguum litem suscipiant, & forsan adversam sententiam reportent, partibus ad restitutionem ex pensarum & damnorum teneantur. Nos respondemus ipsos excusari, si modo causa ab ipsis defensa probabili ratione nitatur, ut non videantur temere in illam partem discessisse, non tam subnixi insigni Dd. numero quam speciosa ratione ducti.

C  
L. Qui



**L.** **L.** Qui sunt procuratores universitatis communi mandato causas & lites universitatis in iudicio persequentes & administrantes *l. 1. § t. t. ff. quod cuiusque univers. nom.* à Lite seu causa sic vocati, Græcis enim causa *δίκη* significat. Et constituuntur vel à lege seu consuetudine, veluti cum lex consuetudo, statutum Universitatis hanc potestatem concedit, *l. 1. ff. quod cuiusque univers. nom.* & jubet maiorem natu peritia potiore, aut alium excerta familia certove ordine hominem constitui. *l. 3. ff. quod. cuiusque Universit. nom.* Vel Lege aut consuetudine deficiente, ab Universitate eaque aut Tota aut Maiore eius parte, computatis etiam absentibus ex Universitate, *d. l. 3. ff. quod cuiusque univers. nom. l. quod maior 19. ff. ad Municipalem l. 2. ff. de decret. ab ord. fac. l. 45. C. de Decurionibus. lib. 10. t. 31.* ex illa ratione, quia maior pars semper consentire & vocari, quando res illam tangit, debet; nam quod omnes tangit ab omnibus approbandum *l. fin. C. de authorit. præstand.* Hic duæ suboriuntur quæstiones 1. An quibusdam ex citatis emanentibus reliqui præsentibus nihilominus actum perficere possint. Ad quam Resp. Affirmando *Barth. in l. 3. n. 3. de albo scribend. per Authent. si omnes. C. si minor se hered. abstin.* 2. An omnes omninò ex Universitate ad Syndici constituendi suffragium accersendi & convocandi sint. Et Resp. illos tantum qui jus suffragiorum, comitiarum, conventuum publicorum habent, puberes & cives Romani sunt, vocandos esse. Nec attenditur qualis nam sit Universitas vel Collegium, sive Nobilium, sive Civium, sive Rusticorum, sive studiosorum qui in uno Collegio commorantur. *Barth. in l. 1. in pr. n. 3. ff. quod cuiusque univers. nom. per l. fin. de Colleg. Illic.* Id tantum interest, quod in numerosa Universitate (qualis est civium) non requiritur nomina constituentium exprimi, (quod difficulter fieri potest) nisi uno casu, cum videlicet Syndici ad alienandum constituuntur *l. fin. C. de vendend. reb. civit. lib. 11. t. 31. c. fin. extr. de procur. ut sciri possit quorum mandaturus res Universitatis sit alienata. l. fin. C. de præd. decur. lib. 10.* In parvis verò Universitatibus, ut pagis atque villis rusticorum omnium nomina instrumento Syndicatus consignari requiritur, secundum communem distinctionem *Barth. in l. 1. in pr. de albo scribend. Specul. de Syndico. circ. princ. per text. l. fin. C. de legat. lib. 10.* Vel Ab Ordine, Syndicum enim etiam consti-



3  
8  
3

Constituere potest decurionem ordo. l. 3. l. item eorum. 6. in pr. & §. si de curiones. ff. quod cuiusque Vniuersit. nom. hoc est, ordo Magistratum in singulis oppidis. Nam in his quia haud facile tota uniuersitas convenire & consentire potest, ideo receptum est in plerisque, ut communitatis nomine Magistratus jus populi exerceat l. non ambigitur. 9. ff. de LL. l. 2. §. cumque difficulter. ff. de O. I. Syndici autem esse possunt omnes praeter illos qui prohibentur; Prohibentur vero aliqui propterea, quod vel minus idonei, vel illegitimi vel natura aut sexu, aliisque multis ex causis in habiles ad munus illud suscipiendum sunt. l. 1. §. quod si nemo. 2. ff. quod cuiusque uniuers. nom. ut Minores tum propter beneficium restitutionis in integrum, tum quod legitimam personam standi in iudicio non habent text. in l. 1. & 2. C. qui legit. person. Faeminae, quia civile est officium, illae vero a talibus officiis remotae sunt l. 2. ff. de R. I. l. alienam. 18. C. de Procur. Milites, ne a iure militiae auocentur per aliena negocia. l. militem. 7. l. qui stipendia. 9. C. de procurat. Furiosi. l. 2. ff. de procurat. Muti Surdi l. mutus. de procurat. l. 1. §. 2. ff. de postul. Item Extranei quando ex ipsa Uniuersitate qui idonei sunt haberi possunt, l. plane. 4. ubi. gl. ff. quod cuiusque Vniuers. nom. l. ut gradatim. 11. §. 1. ff. de munerib. ex illa ratione, quod non tanto studio tantaque fide acturi praesumuntur sicut indigenae, c. 1. extr. de Synd. d. l. 4. ff. quod cuiusque uniuers. nom. Et in summa omnes qui in privatis procuratores esse prohibentur, eod quod publica privatis semper praeposenda tanquam potiora, absurdum autem foret iis publica committi qui privatis non recte praeficiuntur Auth. res quae. C. communia de legat. Causae in quibus constituuntur sunt Reipub. omnes, non solum praesentes sed etiam futurae: l. item. 6. §. & si ita. ff. quod cuiusque Vniuers. nom. tum civiles tum criminales, l. fin. ff. quod cuiusque Vniuers. nom. Bart. in l. 1. de albo scribend. per c. fin. de Procurat. l. item. 6. §. 1. vers. sed si ita. ff. quod cuiusque Vniuers. nom. Uniuersitas enim etiam criminaliter conveniri potest. Bart. in l. aut. facta. 16. §. non nunquam. ult. ff. de pen. Specul. tit. de Syndic. uum. 5. & t. de accusat. vers. fin. & tit. de procurat. num. 11. Myns. 4. obs. 76. non tamen aliter quam per Syndicum speciale mandatum habent. Gail. de pac. publ. lib. 1. c. 18. n. 11. per l. item eorum. 6. §. si decuriones. 1. ff. quod cuiusque Vniuers. nom. Damhonder.



*Practic. rer. criminal. cap. 24. num. 2. Bart. in l. 2. §. fin. ff. de accusat. Salic. in l. 3. qui accusar. non poss. Bald. in l. Polla. C. de his que ut indign. Myns. cent. 4. obs. 76. line quo nec rectè convenitur criminaliter, nec rectè agit. specul. t. de Synd. n. 5. & t. de accus. vers. fin. Officium & potestas quam Syndici consequuntur, est quod absque iis Universitas nec agere, nec cum ea agi quicquam rectè potest, l. sicut. 7. §. 1. ff. quod cuiusque Universit. nom. Bart. in l. solent. num. 18. de alim. & cibar. leg. pr. l. 4. §. creditoribus. ff. de fidei commissar. libet. Deinde quod nemo præter ipsos agere causam Universitatis eiusque nomine experiri valet. l. nulli. 3. ff. quod cuiusque Universit. nom. quod tamen ad defensionis causam non trahendum. Item quod omnia agere quæ Universitas potest, possunt: adeoque parem potestatem in causis Universitatis totiusque Collegii, quam Procurator in privatis negotiis, habent. l. item. 6. §. 1. ff. quod cuiusque Universit. nom. & fiunt Domini litis, easdemque partes præstant, sustinent & exequuntur, quæ procuratori privatorum in eumbunt, tam in iudicio quam extra iudicium. Porro ad Syndicorum quoque potestatem spectat, quod constitutio ipsorum semper cum libera potestate facta intelligitur etiamsi ea non sit expressa Gail. 2. obs. 72. num. 11. unde omnia expedire possunt quæ aliàs mandatum speciale requirunt: vel uti super rebus Universitatis transigere, dummodo fraudis iniquæ suspicio exclusa sit. Gail. d. obs. 72. num. 11. restitutionem in integrum petere, Gail. d. loc. Bald. in l. 1. num. 3. C. etiam per procurat. caus. restit. in integr. agi posse. nec non iuramentum deferre, & præstare Universitatis nomine, etiam sine speciali expressione. gl. in d. l. item. 6. §. fin. adverb. de rato. ff. quod cuiusque Universit. nom. Denique Syndici sive agant sive defendant ad cautionem vel satis dationem compelli non possunt, nisi de constitutione sive mandato dubitetur text. & gl. in d. l. item. 6. §. actor. ad verba de rato ff. quod cuiusque Universit. nom. l. actor. ff. rem ratam haberi. Ratio est quod Universitas cuius causas administrant semper solvendo & locuples præsumitur. fac. l. 1. ut leg. nom. M. qui aliena negocia mandato Domini administrant l. 1. ff. de procurat. Wessemb. parat. ff. de procur. num. 2. quæ definitio quamvis generalis & negocia quædam judicialia quædam extra judicialia mandantur*

admi-



administranda l. 1. & l. 3. ff. de procur. junct. t. t. ff. mand. nos tamen  
hic de iis qui judicialia tantum pro amico curant negocia loqui-  
mur, aded ut si dixerimus aliena judicialia, definitio ad pro-  
positum satis accommodata videatur l. 3. l. 8. §. 4. l. 15. 16. & t. t. ff.  
de procurat. Judicialis autem procurator est vel omnium causarum  
judicialium tam presentium quam futurarum, atque ita ferè sem-  
per in Camera mandata procuratoria concipiuntur: Bekenne mit  
diesem öffentlichen Brieff / das Ich zu vollführung meiner hievori-  
gen jetzigen vnd fünfftigen Râns. Cammer-Berichts sachen / gegen  
wem ich die haben vnd bekommen möge &c. Schvvanman. Proc. Cam-  
lib. 1. c. 42. num. 63. vel unius tantum causæ l. 1. §. 1. ibi vel unius rei.  
l. 3. & 4. ff. de procurat. formam mandati procuratorii in una tan-  
tum causa videlicet Appellationis videre licet apud Rosbach. In Pro-  
cess. tit. 20. n. 55. & 56. Dant autem & dantur procuratores omnes  
qui & agere possunt nec specialiter prohibentur, semper enim Pro-  
curatorum personæ habiles, habilitantur etiam ex persona princi-  
palis, ij enim deducunt in iudicium rem non suam, sed sui princi-  
palis, qui si non habuerit legitimam personam standi in iudicio, nec  
ipse procurator stare poterit eorum nomine, qui autem suo nomine  
agere possint vel non supra lit. E. paucis attigimus. Cum verò ibi-  
dem dixerimus minorem ab agendo arceri. Hic quæritur An simi-  
liter à procurando arceri possit. Nos Respondemus quia ipsius Ju-  
dicii stabilitas tanta est ut postulare possit si decimum septimum æ-  
tatis annum excesserit, pro ut apparet ex l. 1. §. 3. ff. de postul. §. 7.  
Inst. qui & ex quibus caus. man. non denegandam ipsi esse procura-  
turam l. 51. ff. de proc. l. 23. ff. de minorib. Treutl. vol. 1. Disp. 9. th. 5.  
lit. A. & B. nec distinguimus inter procuratorem negotiorum judi-  
cialium vel extrajudicialium, quia lex non distinguit. Rittershus in  
differ. Iur. Civ. & Can. lib. 5. c. 12. in fin. sed excipimus eos casus  
quibus in integrum restitui potest, in iis namq; procurator esse ne-  
quit, ne iudicia reddantur elusoria d. l. 51. ff. de proc. Dantur autem  
casus quibus restitutione in integrum opus non habet nec restitui  
potest, puta si Dominus ipse satis dedit pro minore, tunc enim non  
obligatur & per consequens restitutione non opus habet. Hæc de  
jure Civili sic se habent, secus verò de Jure Canonico quo minores  
25. annis non admittuntur esse procuratores judiciales c. 5. §. ult. de  
minorib.



minorib. in 6. Supra d. lit. F. commemoravimus etiam alios nonnul-  
los qui agere prohibiti sunt ut Servos, Mulieres, milites; de servis  
tenendum, illos procuratorem habere non posse l. 44. §. 1. ff. de  
Iudic. l. servus. C. eod. nisi in casu quo de statu ipsorum agitur l. 33.  
ff. de proc. l. 1. C. de adfessor. toll. §. 1. in verb. ex contrario quoque pro-  
curatorem dare posse manifestum est. Ad Procuraturam admitti cu-  
pientes vel mandatum habere, vel satisdare debent. Mandatum  
quando habent est illud vel certum vel incertum: Certum manda-  
tum habentes nullam cautionem præstare coguntur l. si procurato-  
rem. 65. ff. de proc. l. 1. C. de satisd. §. 3. Inst. de satisdat. Incertum  
verò qui habent de quo dubitari potest & periculum subest ne actor  
iterum petat, omnino de rato cavere tenentur. l. 1. C. de procurat.  
Satis dare coguntur ij qui nullum mandatum habent, qui sunt vel  
extranei vel necessarii. Quorum hi absque mandato cum satisda-  
tione agere & conveniri pro aliis necessariis puta patre possunt, l. 35.  
de proc. l. 40. §. ult. eod. l. 39. §. 3. ff. l. 21. C. de procur. dummodo ni-  
hil contra voluntatem eorum agere desiderent l. 40. §. ultim. ff. de  
procurat. Illi ignorante eo pro quo agere volunt non admittuntur.  
l. 1. C. de proc. Hinc Dubitatur si quis mandatum aliquod præten-  
dat, illud verò factam esse judici & adversæ parti non constet, an in-  
dubio cum cautione de rato admittendus sit procurator. Nos re-  
spondemus affirmando. ex §. 3. Inst. de satisdat. N. qui ut in ne-  
gociis extrajudicialibus argum. t. t. ff. & Inst. de auth. & consens.  
tut. & curat. ita in judiciis pupillis autoritate & consilio suo ad-  
sunt. l. 1. §. 2. l. 22. & 23. ff. de administ. & peric. tut. & sicut defen-  
sores cavere non solent, quando de ipsorum tutela constat; quod  
si verò dubitatur, tunc si se tutores legitimos esse probare non  
possunt, ne adversarius decipiatur, cavere de rato debent d. l. 23.  
ff. de administrat. & peric. tut. O Horum usus frequens & ne-  
cessarius est tam in civilibus quam criminalibus.

N.

l. 1. ff. de testib.

T H E S.



3

THESIS IV.

Objectum seu Materia judiciorum sunt  
causæ & lites forenses ex variis causis descen-  
dentes, quæ ad duo genera referri possunt. Ad  
Publicas A. nimirum & privatas. B.

A. Ad publicas causas pertinet jus publicum, quod in Le-  
gibus, Magistratibus, rebus Ecclesiasticis, filci militaribus & civita-  
tum consistit §. huius studij. Inst. de I. & I. B. Privata respiciunt jus  
singulorum ex quo in iudicio agi solet: suntque varia, quæ tamen  
itidem ad duo genera commodè redigi possunt: Nam aut Obliga-  
tionis speciem habent, aut non: Obligationis speciem habentes  
rursus referuntur vel ad Contractus vel ad Quasi contractus, de  
quib. lib. 3. Inst. à t. 14. usque ad fin. & 3. part. ff. de ff. & lib. 4. Cod.  
Vel Ad Delicta vel ad Quasi delicta, quibus aut nostro nomine in  
iudicium vocamur, aut alieno: de quib. Inst. lib. 4. t. 5. cum 4. seqq.  
t. 7. & 8. lib. 47. & 48. ff. de ff. & lib. 9. Cod. Obligationis speciem non  
habentes causæ sunt; quibus vel dominium rei in iudicio vindica-  
tur, vel q. dominium, vel possessio, vel ususfr. vel habitatio, vel ser-  
vitus urbana aut rustica de quib. in Inst. lib. 2. t. 1. cum 4. seqq. & t. de  
act. §. 1. & seq. lib. 7. & 8. ff. de ff. Vel denique simile aliquod jus quod  
quis in re aliena se habere dicit. Omnis autem quæstio in iudicio  
disceptari controversi vel disputari solita aut de facto aut de jure  
est. Nam in foro aut de facto aut de jure quæritur. Unde etiam  
duplex forensis quæstio institui potest, de jure nimirum vel facto.  
Quarum posterior cum de facto, forte non dum liquido quæritur.  
l. eum quem. 79. §. 1. ff. de iudic. l. 1. §. 1. ff. ad SC. Turpill. l. 24. ff. de  
R. I. est vel de causis civilibus ut puta de muneribus, honoribus, ex-  
istimatione, re pecuniaria, dominio, possessione, contractibus &c.  
l. 5. ff. de extraord. cogn. In quibus spectanda vel earum acquisitio ubi simul  
causæ, modi acquirendi & personæ per quas & quibus acquiratur veniunt.

vel



vel amissio, ubi veniunt causæ ex quibus res amittatur, item quid quantumq; amissum sit & ejus eventus; vel retentio & administratio. Vel Criminalibus ubi ante omnia de crimine an perpetratum sit quæritur, deinde si de eo constat de circumstantiis. Juris quæstio est cum de jure quæritur quodnam ex facto debeat in præsentis casu vel cum quæritur secundum leges rectè & jure ne factum sit fieri potuerit vel non, & quid jura legesq; de ea statuerint: quæ à facti quæstione in illo differt; quod in hac tanquam jure certa & expressa, judici non est liberum statuere aliquid suumq; cui libet tribuere, vel sententiam ferre pro suo arbitrio, & ut opinio eius fert, vel affectio inclinatur iudicare, sed secundum leges & consuetudines approbatas iudicare tenetur. *Auth. hodiè. C. de Iudic. c. venientes. 19. X. de jureiur. Gail. 1. observ. 36. n. 14. Mascard. de probat. concl. 949. n. 2.* Illa verò tota semperque est in arbitrio iudicis *l. 1. §. 1. ff. ad SC. Turpill. & l. 15. in pr. ff. ad Municipal.* quia tota à probationibus quæ planè in arbitrio iudicis positæ sunt, dependet. *l. 3. §. 1. vers. ideoque. l. 21. §. ult. ff. de testib. l. 79. ff. de Iudic. Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. cas. 95. & de præsumpt. lib. 1. quest. 44.* Hic suboritur quæstio Cum iudex in facti quæstione quæ ipsius arbitrio relicta est, suos quoq; habeat terminos, limites atque cancellos quibus circumscriptus est, quosq; egredi non debet *arg. l. 10. §. 1. ff. de reb. dub. l. 15. ff. de stat. hom. an in illa secundum acta & probata, vel propriam conscientiam iudicare debeat.* Ad quam R. dicendo iudicem secundum acta & probata non secundum propriam conscientiam iudicare debere *l. 6. §. 1. ff. de offic. præf. l. 13. §. 2. vers. tunc iudicem negotii acta apud se. & vers. sin autem ex gestis apud habitis. Cod. de Iudic.*

*T H E S. V.*

Forma Iudiciorum est Ordo. A. & Solennitas B. seu processus qui consistit partim in cognitionum ordine C. partim in solennitate actibus & partibus processus quarum ratione totum iudicium dividitur in Tres partes.



tes. 1. à citatione usque ad litis contestationem inclusive, D. 2. à litis contestatione usque ad sententiam inclusive, E. 3. à sententia usque ad finem. F.

A, Prolata enim contra ordinem sententia rei iudicatae auctoritatem non obtinet. *l. prolatam. 4. C. de sent. & interloc.* est autem ordo iudiciorum ut praemittenda praemittamus, post ponenda post ponamus *Sichard. ad l. prolatam. 4. C. de sent. & interloc. n. 4.* B. puta quod sententia ferenda in scriptis *l. 3. C. de sent. ex brevic. recit. & à sedente. N. 82. c. sedebunt. 3. l. 6. §. 6. C. de postul. l. 2. §. 1. ff. quis ord. in possess. serv. ibi sessiones & quibus sedit is & c. l. 4. C. de dilat. sibi confidente magis iudice Sichard. ad l. 1. num. 12. & seqq. C. de sent. ex brevic. per text. express. in c. fin. de Re iudicat. in 6. ibi. quam ab ipso stando non sedendo proferre contingit. nullius penitus est momenti *Azo ad tit. de sent. ex brevic. recit.* C. secundum quem incidens quaestio in iudicio discutienda ante principalem per *l. 3. C. de Iudic. Praejudicialis ante finalem l. 1. & 2. C. de ord. iudic. Civilis causa cum criminali coincidente, Criminalis ante Civilem l. 3. l. ult. C. de ord. iudic. criminale enim iudicium non concurrat cum civili etiam in privatis ut docet *Barth. in l. si ab eo 8. n. 2. ff. de calumniator. Possessorium instituendum ante petitorium l. ordinarij. 13. C. de R. V.* D. In qua continentur membra sequentia. 1. Citatio 2. confirmatio. 3. oblatio libelli. 4. Reconventio. 5. Auctoris laudatio 6. Auctoris nominatio 7. Interrogatio 8. Satisfactio 9. Exceptio 10. Litis contestatio. Citationis finis est comparitio *l. 47. pr. ff. de Re iudicat.* qua contempta contumax redditur citatus, si tribus edictis propositis vel uno pro tribus quod vulgo peremptorium appellatur, praesentiam sui facere contemnit *l. 53. ff. de Re iudic.* Effectus contumaciae ratione variarum causarum varii sunt, in causa enim Criminali si contumax extiterit reus, oblato libello contumacia ipsius per carcerem reprimitur *l. 8. vers. cogendum. ubi Barth. C. quomod. & quand. iudic. Marant. de Ord. iud. part. 6. de contumac.* In civili vero causa distinguendum est inter realem & Personalem actionem. Realis quando instituitur, in re ipsam qua petitur custodiae causa fit immissio possessionis, omni al-**

D  
lega-

A.

B.

C.

D.



legatione de principali quæstione absenti reservata l. 2. C. ubi in reus  
 actio. cap. 5. vers. quod si semper extr. ut lite non contest. non proced.  
 cap. 2. 3. de eo qui mittitur in possessionem. Personalis actio quando in-  
 tentatur, Judex non promiscuè omnium bonorum, sed primò mo-  
 biliū, deinde immobilium possessionem, & ultimo jure pro mensu-  
 ra debiti ac quantitatis petitæ actori concedere debet l. 1. C. de prator.  
 pign. l. 6. §. 4. C. de his qui ad Eccles. confuger. fac. etiam l. 15. §. 2. ff. de Re judic.  
 ut pignoris vice ea detineat, donec reus veniat responsurus, quod  
 Primum Judicis decretum est Wesemb. in Parat. ff. de damn. infect. n. 6.  
 Vult. I. R. lib. 2. c. 30. n. 10. Quod si verò possessionem ex primo decre-  
 to reus contumax non curet, sed fraudulenter latitare pergat, actor  
 post elapsum annum petere potest, sibi distractionem permitti l. 9.  
 l. 10. C. de bon. autor. judic. possid. aut dominum & verum possessorem  
 se declarari & constitui, quod secundum decretum dicitur. Vult &  
 Wesembec. d. loc. Hæc obiter de primæ partis membris, quia non o-  
 mnia propter ipsorū prolixitatem & ne Disputatio nimis excrescat,  
 attingere licet, dicta sufficiant. E. Ad secundam partem hæc  
 sedecim referuntur. 1. Juramentum Calumniæ, 2. Compromis-  
 sum. 3. Dilatio 4. Positionales 5. Confessio 6. Testium pro-  
 ductio 7. Interrogatoria 8. Instrumentorum productio 9. Ju-  
 ramentum 10. Actorum editio 11. Publicatio 12. Accusatio in-  
 cidens 13. Repulsa testium 14. Tortura 15. Conclusio 16. Al-  
 legatio seu disputatio, F. Tertiæ partis membra tria duntaxat  
 usitatè ponuntur. Sententia nimirum, Appellatio & executio.  
 Verum hi actus omnes cum aliquo modo materiales videantur  
 tanquam judicii partes, ex quibus id tanquam totum componitur,  
 forma autem magis eluceat in terminis qui singulis actibus præfi-  
 niti sunt, quorum de Jure Communi 13. statuuntur; In Camera ve-  
 ro Imperiali 11. observantur quos recenset Coll. Jur. Arg. lib. 5. t. 1.  
 th. 174. usque ad 188. inclusive.

#### T H E S I S VI.

Finis Iudiciorum est vel summus vel In-  
 termedius. Summus finis est Iustitia A. Inter-  
me.



medius est officium & medium quod ad illum tendit, in iudice, ut officium suum in Iudicando diligenter faciat, ne litem suam faciat B. In litigantibus ut legitimo Iudiciorum tramite Impetrato procedant. C.

A. Ad quem propterea Iudices summoperè admonentur *Levit. c. 19. Deut. cap. 24.* ut faciant iudicium & Justitiam, ut suum cuique tribuatur §. *Iuris præcepta. Inst. de l. & l. & alter non lædatur, d. §. juris præcepta* sed æquitas & Justitia in causis civium legibus vel usu aut consuetudine approbata conservetur *Cic. lib. 1. Orat. c. sum omnes 6. extr. de constitut. c. novit. 13. extr. de iudic. Myns. cent. 3. obs. 4. & r. r. ff. quod quisque juris. & ut tandem litium finis habeatur, ne immortales fiant, neve lites ex litibus oriantur l. 2. C. de re iudicat. l. 3. ff. de fructib. & lit. expens.* B. Sufficit tamen in iure officium fecisse, quamvis finem quis non semper assequatur *per l. qui mutuum. § 6. §. fin. ff. mand. l. quid ergo. 3. §. sufficit. 7. ff. de contrar. tutel. act. l. servus. 17. in pr. ff. de in rem vers. quo pertinet quod Prætor jus reddidisse dicitur, etiamsi iniquum iudicaverit l. 11. ff. de l. & l. C. Non injuria, non privata ultione, non convitiis & probris l. nullus. 14. C. de juda. & cælico. l. c. nonnulli 28. de Rescript. l. meminerint. 16. C. unde vi. Sed legum præsidio iudicia intrent. & tractent d. l. quisquis. 6. C. de postul. Publica siquidem non privata auctoritate suum quisque in iudicio vindicare debet *c. nullus ad hoc 16. q. 1. unde leges severissimas amissionis pœnas introduxerunt & statuerunt in eos qui sibi ipsis contra juris ordinem de facto jus dicere conantur. in l. extat. 13. ff. quod met. caus. & l. si quis in tantam. C. unde vi.**

### T H E S. VII.

Effectus Iudiciorum est quod Iustitia rectè administratur & secundum tria juris præcepta

D 2 pta



cepta hac ratione vivatur. A. quod iudicium in invitum reddatur. B. Præscriptio interrumpatur. C. actiones alias temporales, & non transmissibiles perpetuentur & in heredes transmittantur. D. Possessorem constituat in mala fide. E. quasi ex contractu obliget. F. Nullius jus deterius sed firmiter efficiat. G. & Deniq; sentētia executione mandetur. H.

- A. A. Et sic Respub. salva & incolumis Deoque placens conservetur. B. l. 88. §. 1. ff. de V. O. etiam fugientem & resistantem reum. l. 13. §. 2. C. de iudic. C. C. l. 7. §. 2. C. de præscript. 30. vel 40. ann. l. 10. C. de acquirend. possessor. l. 2. C. de præscript. longi temp. l. 26. C. de R. V. Auth. mala fidei. C. de acquir. possess. cap. ult. de præscript. Wesembec. in Paratit. ff. de Vsurpat. num. 15. & C. de iudic. num. 10. Connan. 3. Comm. 14. num. 8. Treutl. vol. 2. Disput. 22. th. ult. lit. L. Ampliss. Dn. Foman. in Synops. Iur. Iustin. Disput. 12. th. 9. lit. C. D. l. 139. ff. de R. I. l. unic. C. ex delict. defunct. l. 3. & ult. C. de præscript. 30. vel. 40. ann. l. 1. l. 2. C. quand. lib. Princ. dat. lit. cont. fact. Cuiac. lib. 18. cap. 26. & 29. E. l. 10. de acquir. possess. l. 2. l. antepen. C. de præscript. long. temp. F. l. 3. §. II. ff. de pecul. l. 15. ubi gl. in verb. qui discessit. ff. de R. V. G. l. 86. l. 87. ff. de R. I. quatenus sc: jus est, nam hoc solum in iudiciis redditur & contra injuriam omnem propugnatur l. nullus. 13. C. de Iude. H. Nam ut hunc effectum sortiatur, causa deducitur in iudicium ut per sententiam terminetur, & deinde executioni mandetur per l. 13. C. de iudic. nec iudicium (quod non est ferendum) reddatur elusorium l. 7. ff. ne quid in loco publ. l. ult. §. 6. C. de bon. que lib. l. 75. ff. de iudic.

T H E S. VIII.

Affinia Iudiciorum remedia sunt extraordinaria





ordinariæ cognitiones. A. Compromissum  
& arbitrium, B. Transactio, C. Iusjurandum,  
D. confessio, E. Defensio, F. Privata denique  
apprehensio, recuperatio arrestatio & similes  
suum vindicandi conservandi retinendi &  
recuperandi modi. G.

A. Ubi extraordinem aliquid petitur vel crimen vindica- A.  
tur. l. 1. & t. t. ff. de extraordin. cogn. B. l. rem non novam. 14. vers. B.  
id est iudicium imitatur. C. de Iudic. VVesemb. parat. ff. t. de Iudic. n. 15.  
Coll. Iur. Arg. lib. 5. t. 1. th. 200. Pac. in Method. C. t. de recept. qui  
arbitr. c. 6. Arbitria enim ad instar iudiciorum redacta sunt l. 1. ff.  
de recept. nec non ratione finis, litium namque dirimendarum &  
finiendarum gratia arbitria recepta sunt text. in l. 1. & l. 37. & l. 44.  
ff. de recept. arbitr. & sententiæ respectu, quæ ubique legibus & æ-  
quitati congruere debet Dyn. in c. in iudiciis. n. 13. de R. I. in 6. Specul. in  
t. de arbitr. q. 13. Vnde quando non dari potest in his diversitatis ratio  
à simili argumentum ducitur Evenhard. in Topic. loc. à iudic. ad arbit-  
trat. & Dd. in l. post rem. 11. de transact. C. quæ non minorem quam C.  
res iudicata auctoritatem habet. l. 20. D. de transact. Coll. Iur. Arg. d.  
lib. 5. t. 1. th. 200. D. Quo præstito nihil amplius quæritur l. 1. & 2. ff. d. D.  
iure iur. E. nam qui confitetur suo quoddammodo iudicio dam- E.  
natur l. 1. ff. de confess. F. quæ cuiq; tuendæ suæ publicæque salutis F.  
causa cum moderamine in culpatae tutelæ permilla est ad propul-  
sandam alterius vim atq; iniuriam l. 3. ff. de 1. & l. 3. C. unde vi. l. 45.  
§. 4. ff. ad L. Aquil. l. 12. §. 1. ff. quod met. caus. l. 1. & 2. C. quand. lic. unicuiq;  
se vel publ. devot. vind. G. Veluti si creditor fugitivum suum debi. G.  
torem propria auctoritate apprehendat l. 10. §. 16. ff. quæ in fraud. cre-  
ditor. vel quis furem fugitivum insequatur. Schneidevv. Inst. t. de Leg.  
Aquil. §. iniurio. 2. n. 6. & 7. vel vim passus ab lata auxilio suorum ami-  
corum in continenti recuperet. Ordinat. Cam. part. 2. t. 9. §. 2. in fin.  
Gail. de pac. publ. lib. 1. c. 16. n. 2. & 14.

THES. IX. & ult.

Contraria seu exceptiones quæ iudicijs op-  
poni



poni atque impedire solent, sunt Exceptio  
declinatoria fori seu incompetentiæ A. Ille-  
gitimationis B. Nullitatis C. Iniquitatis,  
D. Præscriptio Instantiæ E. Exceptio solu-  
tionis. G.

- A. A. Quæ opponitur quando quis ad incompetens & incon-  
gruum iudicium vocatur; & quidem primo loco ante omnes alias  
*l. ult. & t. t. C. de his quæ à non compet. iudic. Marant. de ord. iudic.*
- B. *part. 6. de Except. n. 1.* B. quæ objicitur ei qui in iudicio consistere  
vult, nec legitimam in eo standi personam habet §. *præterea. ultim.*  
*Inst. de Except. Marant. d. t. de Except. n. 3. t. t. C. qui legit. person.*
- C. *stand. in iudic. hab. vel non.* C. quæ proponitur cum forma & le-  
gitimus processus omittitur. *l. 4. l. 6. C. de sent. & interl. & ibi Sich. vel-*  
*uti quando lis non contestatur, arg. l. 1. C. de lit. contest. c. unic. &*  
*ibi Cuiac. X. de lit. contestat. t. t. extra. ut lite non contest. ad test. re-*  
*cept. non proc. Juramentum calumniæ omittitur l. 2. in pr. ibi. non*  
*aliter neque actorem neque fugientem in primordio litis exercere cer-*  
*tamina & §. 4. & 6. ibi non liceat ei penitus ad litem pervenire. C. de*  
*jurejur. propter calumn. Vel Testes injurati absque remissione par-*  
*tium examinantur l. 9. C. de testib. & ibi Azo. n. 2. Sichard. n. 1. c. 51.*  
*& ibi Cuiac. in recitat. X. de testib. Vel sine solenni ordine sententia*  
*publicatur l. 2. & 3. C. de sent. ex brevic. Vel in loco secreto iudex*  
*sententiam dicit l. 6. C. de sent. & inter loc. Vel denique quando in*  
*toto processu, tam initio quam fine, parte non contumace absente*  
*tale quid agitur quod in eius præjudicium vergere potest. l. 1. ff. de*  
*Except. rei iudicat. l. de uno quoque 47. ff. de Re iudicat. l. 4. & 7. C.*
- D. *quomodo & quand. appell.* D. quæ corrigitur per appellationem  
*l. 1. ff. de appellat. quo referri possunt omnes modi quibus adversus*  
*res dolo malo vel imperitia male iudicatas subvenitur, qui semper*  
*in secunda Instantia agitantur, quod remedium in Camera revisio*  
*vocatur; quamvis enim à sententiis Camera appellari non possit.*  
*part. 1. Ordinat. Cam. t. 35. ibi. Unverhindert einiger Restitution/  
Supplication & c. & part. 3. Ordin. t. 51. quia tamen interdum e-*  
*venire*



venire solet, ut ij qui Justitiæ sacerdotes se profitentur à vero scopo  
aberrent Clabi namque humanum est ) inter varias & diversas Dd.  
opiniones nonnunquam pro vera falsam arripiant sententiam : ne  
verò quis de summo hoc judicio conqueri posset se per sententiam  
iniquè gravatum, injuriave aliqua affectum, nullamque sibi ad cau-  
sæ suæ Justitiam demonstrandam patere viam; ideò Princeps & sta-  
tus Imperii saluberrimum revisionis remedium introduxerunt, ad  
quod læsi tanquam ad sacram anchoram confugere possint, nec  
non etiam Judex & Camera Assessores metu revisionis futuræ in  
causis audiendis decidendisque majorem adhiberent diligentiam  
*part. 3. Ord. Cam. t. 53. in pr. Bender. in Proem. ad Tractat. de Revis.*  
Modus petendæ revisionis peti potest ex *d. part. 3. Ord. t. 53. vers.*  
*Der gestalt/ das sie solches. & Bender. in Integr. tractat. de Revis. n. 20.* E.  
E. Instantia de Jure Civili in criminalibus infra biennium, in Ci-  
vilibus intra triennium perit juxta *l. properandum. 13. C. de judic.*  
quæ tamen lex in Camera Imperiali propter multitudinem causa-  
rum non servatur teste *Gail. 1. obs. 141. n. 7.* ibi enim sicut ubivis ferè  
locorum fieri solet *Gail. d. obs. 141. n. 8.* instantia triennio non perit,  
sed in multos sæpè annos extrahitur. *Mynscent. 2. obs. 48.* F. Nam F.  
si cognoscit debitum reus, ad judicium non pervenitur, solutione  
enim ejus quod debemus liberamur *l. 23. l. 40. l. 49. & t. t. ff. de solut.*  
*l. 1. & t. t. ff. de acceptil. & l. 18. ff. de novat. & de legat. t. t. Inst. quibus mo-*  
*dis tollit. obl.* Et hæc de judiciis d. cta sufficiant.

Deo Triuni summi Tribunalis Præsidi sit Laus Ho-  
nor & Gloria in sempiterna secula.

HONORI

PRÆSTANTISSIMI ATQVE EXI-  
mii Domini Jan. Friderici Jungii de Judiciis  
differentis.

**Q**uantò fervidiùs studium insaturabile habendi  
Ia peti sobolem coquit atque insana cupido  
Splendentis glebæ confundit Fasque Bonumque :  
Tantò maiori curâ studioque cavendum

Ne



Ne praesint rerum summa Themidosque cathedra  
Quorum animos lucri pellacis imago fatiget  
Sed quibus, haut ulli, cor sit penetrabile dono.

Juno, Minerva, Venus, gentilis triga Dearum  
Vnanimis sedere polo, nec quaestio forma  
Distinuit mentes positave injuria palma;  
Antea quam aureolum tentarat pectora malum:  
Nunc Eridos malum, nunc mali sacra cupido  
Foedus amicitiae rupit trigamque diremit;  
Ipse poli pelagique habitus moderator & altor  
Tam formidanda querens sufflaminata liti  
Ad Paridem, quem fama probum justique tenacem  
Cantabat, Divas tranquillâ voce remisit.

Pulchra Sais, formosa Venus nec dispare censu  
Iuno virum appetit; cui sensim pristina juris  
Cura animo cecidit, sensimque in devia flexit  
Iudicium affectus; postquam promissa Dearum  
Implevere animum, iam non ad pondera causa  
Sed promissorum momenta attendere doctum:  
Tandem Cyprigena fasces Helenamque superbo  
Spondentis vicit ratio & sententia dicta est,  
Quae, tibi, quod peperit, Par. Troiugenisque ruinam  
Fax Hecuba praesaga fuit; nec Troia iaceres  
Fors' aequata solo si mens non lava fuisset  
Iudicis & Themidos animo reverentia pulsa:  
Tantâ mole cluet dubiae discretio causa.

Ergo condignam genii praestantibus ausis  
Materiam tractas iuvenum lectissime Jungi,  
Dum de Judiciis ex usu constituendis  
Scribis & actutum caveâ plaudente docebis.

Quid superest quam ut te Consultum iuris & aequi  
Illa per Europæ cunctos clarissima tractus  
Argentina brevi videat, maiora daturum.

Apprecatur.

FINIS.

M. I. O. T.



GRAEBERG, Diss., 1627-29

ULB Halle 3  
004 527 275



56


1077











B.I.G.

Farbkarte #13

ERNANTE,  
PERMISSV

LISSIMI ET  
ICI IN FLOREN-  
*Disputationem*

IN GE=

ROQVE IVRE  
LEGIIS DO-  
equendis,

*t tempore &*

CVS IVNG

TI,

EDERTZ,

VII.

1627/9.

*25.*

*8*

3

